

Primum exemplum est facile, secundum autem, quia in eo non 5 tertiae totae & integre, sed haec, quatuor radicibus minus subtrahendae sunt. postquam igitur 5 tertiae integrae a superioribus subtractae fuerint, 4 radices residuo reddendae erunt. Quo fit, ut 11, & non 3 radices, ultra 3 tertiae in residuo conspiciuntur, ut

Ter.		pri		pri		N
14	+	9		19	—	5
9	+	12		14	+	14
5	—	3		5	—	19

In his duobus exemplis superiorum memori nulla difficultas occurret. Nam cum aliquid totum & integre subtrahi non possit, nihilominus id quod maxime potest, de summa est detrahendum. quod reliquum deinde est, per diminutionum signum, —, ut communi apprehenditur notione, in debitum ponendum est, quod ipsum in priori exemplo cognosci potest. In posteriori, cum 14 exponi debeant, prius uero 8 eiusdem appellationis, de summa exposita sint, 22 iam per signum — notanda erunt.

Pri.		N		Pri.		N
12	—	9		12	—	4
8	—	4		8	—	9
4	—	5		4	+	5

In his duobus exemplis, cum in utroque non 8 quantitates primae, sed haec in uno quidem minus 4, in altero uero, minus 9 numeris subtrahendae sint, 8 primis integre subtractis, residuis tandem id quod plus aequo subtractum est, iure accedere debet. Quare in priori quidem exemplo, loco — 9, cum 4 accedant, tantum — 5, in posteriori uero loco — 4, cum 9 accedant, + 5 N positum est.

ALIVD EXEMPLVM.

A	1056	primis	—	696	secund.
subtra.	4032	primae	—	1008	secund.
manent	312	secundae	—	2976	pri.

Proba, sumpto radicis ualore

$\sqrt{\quad}$	2		$\sqrt{\quad}$	3
— 1344	}	— 1344	— 9288	}
+ 8064	}	— 1344	+ 9072	}
— 9408	}		— 18360	}

Vel facta subtractione

— 1344	}	— 9408	— 9288	}	— 18360
+ 8064	}	— 9408	+ 9072	}	— 18360
— 9408	}	— 9408	— 18360	}	— 18360

Haecenus quae in signis animaduertenda, ostendimus.

Quod si in uno ordine, uel in eo qui subtrahitur, uel in eo a quo subtrahitur, numerus fuerit, cuius characteri in altero similis non reperitur, in subtrahendo quidem numerus ille cum suo character, signo tamen opposito, in altero uero ordine, omnia, hoc est, numerus, character & signum, sub linea scribantur,

EXEMPLVM.

A	4	quar.	—	5	radi.
subtrahantur	2	quar.	+	9	N
manent	2	quar.	—	9	N — 5 ra.

A 3 Alia